

www.e-rara.ch

**Vita delle sante vergini sorelle di Piacenza Liberata, e Faustina fondatrici
dell'insigne monistero di Santa Margherita di Como sotto la regola del p. s.
Benedetto**

Della Porta, Abbondio Luigi

Lugano, 1747

Biblioteca Salita dei Frati, Lugano

Shelf Mark: BSF 84 Aa 19

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-25179>

Ufizio antico che conservasi nell' archivio del monistero di S. Margherita transonto letteralmente dal suo originale.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien - von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material - from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes - des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

151

U F I Z I O A N T I C O

*Che conservasi nell' Archivio del Mo-
nistero di S. Margherita transonto
letteralmente dal suo Originale.*

IN FESTO SS. VIRGINUM LIBE-
RATÆ, ET FAUSTINÆ.

Ad Laudes, & per Horas.

Antif. Felix Virginitas, quæ Christo
dum attendit, omnem Mundi gloriam
prorsus vilipendit.

Psal. Dominus regnavit cum reliquis.

Antif. Quam felix Germanitas, quæ se ta-
lem exhibuit, quod in Cæli folio conso-
ciari meruit.

Antif. Benedicat terra Dominum, quæ sic
est dirata, quod tantarum Virginum
membris est lustrata.

Antif. Propter fidem sedulam suæ castita-
tis, quasi bina lilia odorem dant suavitatis.

Antif. Virginum corporibus nimium exul-
tat Comensis Ecclesia, totaque resultat-
Capitulum. Fratres, qui gloriatur.

R. Regnum Mundi, & omnem ornatum
contempfi propter amorem Domini mei
Jesu Christi, quem vidi, quem amavi,
in quem credidi, quem dilexi.

V. Eructavit cor meum verbum bonum,
dico ego opera mea Regi.

R. Quem vidi. V. Gloria Patri, & Filio.

R. In quem credidi.

*Ad Matutinum Invitatorium. Regem Vir-
ginum. Psalm. Venite exultemus. Hym-
nus ut sequitur. In primo Nocturno Anti-
phona. O quam pulchra. Psal. Domine
Dominus noster. Cum reliqua de communi
Virginum.*

LECTIONES PRIMI NOCTURNI.

BEATÆ Virgines LIBERATA, & FAU-
STINA secundum carnem sorores no-
biles genere, sed longè nobiliores vita, &
conversatione à primævo ætatis flore Eccle-
siastica Sacramenta percipientes; sub Joha-
nate Patre earum orthodoxe fidem, quæ per
dilectionem operatur, mente conservabant.
Post mortem vero matris, cum ad annos
nubiles pervenissent, satagebat Pater ea-
rum viros moribus, & genere conformes
quærere. Interea mulier orbata viro ma-
gnis clamoribus, lacerata crinibus, altis fu-
spiriiis miserabiliter concutiebatur. *Quam
sa.*

facræ Virgines, ad eam enim visitationis gratia accesserant, considerantes altera inquit alteri. Tu autem.

R. Mentem tuorum visita Christe Redemptor omnium, & nos salva per merita tam Beatarum Virginum. Quæ per Mundi climata tibi dant obsequium. **V.** Quocumque pergis Virgines sequuntur, atque laudibus post te canentes cursitant, hymnosque dulces personant. **R.** Quæ per Mundi.

L E C T I O II.

NUnquid & nos pro viris, quibus Pater tanta diligentia copulare laborat huiusmodi doloribus habebimus affligi? Absit hoc à nobis, quinimo immortalis Sponso totis viribus inhæreamus. Cum hæc, & plura de sæculi contemptu pertractarent: domum regressæ pertractant mente quid deliberandum sit; & ecce diversarum cogitationum ingens pugna exoritur. Nam caro concupiscens adversus spiritum, carnales suadet nuptias, & variis titillationibus præsentis vitæ delicias suggerebat virgineis pectoribus. Tu autem.

R. LIBERATA, & FAUSTINA Sorores, tunc geminas Mundi recusant nuptias.

tias catentes sancto flamine. Modo metunt manipulos pro ritè jacto semine. *V.* Eunt ibant, & flebant mittentes semina sua. *R.* Modo metunt.

LECTIO III.

Ratio tunc inhærens spiritui, qui cupiscit adversus carnem, & spiritualia desiderat sacra pectora confirmare studens, rationibus, & auctoritatibus, falsis obviavit suggestionibus, qui animas fidelium pervertere satagebant. Cum igitur tam appositis tumultibus cogitationum quasi inter duas molas spei, & timoris Sanctæ Virgines moliuntur, Spiritu Sancto afflatæ de terra, & de cognitione sua, & de domo patris earum egredi disponunt, ut cum Propheta cantare mereantur, ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberatæ serviamus illi in sanctitate, & justitia. Tu autem. *R.* Relicta domo rebusque patris soli Deo placere studuerunt. Et sanctæ conversationis habitum quæsierunt. *V.* Prudentes ergo virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. *R.* Et sanctæ.

Quod consilium Marcello Sacerdote communicant rogantes, ut duæ viæ earum & tam sancti propositi particeps esse dignaretur. At ille & secretum habuit, & justæ petitioni assensum præbuit, dicens accelerandum, quia parum prodest bene velle, si possibilitas suppetat, nisi operibus compleatur. Macta igitur competenti hora, absente patre, uno tantum comite, eodemque sacerdote euulandi viam arripiunt annulos, armillas, monilia, & alia proprii corporis ornamenta ad itineris subsidium, & ut haberent, unde tribuerent necessitatem patientibus. Tu autem.

R. Audivi vocem de cælo dicentem; Venite Virgines & intrate ad nuptias. *V.* Quinque Virgines prudentes intraverunt cum sponso, cæteris autem quinque clausa est janua. *R.* Venite. *V.* Gloria Patri. *R.* Venite.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Antif. Sic duce Marcello, devicto denique bello, Cumas tunc quærunt, donaque multa ferunt.

Psalm. Benedixisti. *Cum reliquis de Comuni Virginum.*

Antif.

Antif. Jugiter hinc orant, comissaque crimina plorant, pluraque templa struunt, flumina prope fluunt.

Antif. Finis sic vitæ fuit illis denique ritæ, suntque labore brevi regna securæ Dei.

Antif. Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem, ideo dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Antif. Surge Aquilo, & veni auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

Antif. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum, ideoque lucerna ejus non extinguetur in sempiternum.

LECTIO V.

REcedentes igitur Sanctæ Virgines **LIBERATA, & FAUSTINA** a Genesina Curia, cujus prædio tantis, talibusque muneribus dotato, quod hortus deliciarum videbatur; Johannes Pater earum inter multa alia, quæ possidebat, delectabatur, sine mora & dilatione ad Urbem Comensem quasi viam trium dierum Padum flumen transmeantes, venerunt citissime. Cum itaque ad Urbem pervenissent Comensem intra portam occidentalem juxta mœnia Urbis Oratorium in honorem Sanctæ Dei

Dei Genitricis Mariæ fundaverunt. Ibi
contemplationi vacantes in qua per aliquod
tempus divinis laudibus insistentes, jejuniis,
vigiliis, & orationibus corpora sua mace-
rabant. Tu autem,

℞. Audierunt Sponsæ Christi vocem
Domini, & inclinaverunt aures suas, &
oblitæ sunt populum suum, & domum pa-
tris sui. Ideo concupivit Rex speciem suam.
℥. Regnum mundi & omnem ornatum sæ-
culi viriliter contempserunt. ℞. Ideo.

LECTIO VI.

DEinde ab Urbe progressæ prope flu-
men Coxiam, Ecclesiam sub honore
Beati Jo: Baptistæ edificaverunt, & novam
Ecclesiam construxerunt, disposita ergo ha-
bitatione, operibus sanctis intentæ se, & sua
ibi Domino dedicaverunt. Regressus post hæc
domum Pater Johannes de filiarum recep-
su lacrimabili voce, magnoque ejulatu
conquerebatur. Tunc fit Populi concur-
sus, deinde per exploratores inquiri fecit,
sicubi inveniri possent. Post itaque ali-
quod tempus relatum est Patri filias suas
Virgines sacras effectas divinis operibus
insistere. Mittitur a Patre nuntius eas ex-
hortans, & supplicans, ut saltem miserabili-
bus Patris fletibus condescendentes re-
dire

dire non contemnant. Tu autem.

℞. Virgineos artus replevit Spiritus albus.
 mus. Fœminea cum flebat conjux orbata
 viro. V. Reduxit eas dominus in portum
 voluntatis suæ. ℞. Fœminea.

LECTIO VII.

SED Sanctæ Virgines non immemores
 Salvatoris dicentis. Qui amat patrem,
 aut matrem plus quam me, non est
 me dignus, non precibus, non promissionibus
 a facto proposito deflecti queunt. Cognito
 igitur, quod nullis persuasionibus
 mentes Virginum moveri possent, Pater
 fide plenus eis epistolam religionis plenam
 doctrina mandat, & Genesinæ Curia præ-
 dium paterna donatione eidem cœnobio
 contulit, & confirmavit. Tu autem.

℞. Sic Cumas properant opibus patriæ-
 quæ recusant. Armillasque ferunt, &
 munera plurima secum. V. Has iustus
 sequitur Marcellus nempe Sacerdos. ℞.
 Armillasque.

LECTIO VIII.

SANCTÆ igitur Virgines unanimiter cum
 Marcello Sacerdote divinis laudibus
 vacantes, vigiliis, elemosinis, & ora-
 tio-

tionibus instantes dies suos bonos feliciter complentes Beata FAUSTINA minor natu die decima quinta Januarii, Beata vero LIBERATA tertia die post Angelis Ministris animas Deo reddiderunt. Jam ergo cantare possunt. Introduxit nos Rex in cubiculum suum, & dextera ejus amplexabitur nos, cum potioribus Dei bonis perenniter perfruantur. Sepultæ autem sunt in Ecclesia ipsa Sancti Joannis Baptistæ. Nunc vero in Ecclesia Cathedrali Comensi reconditæ summopere venerantur. Tu autem

R. Beata es, quæ propter Deum mundum odisti, Propterea datum est tibi, regnum celorum. V. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem. R. Propterea. V. Gloria Patri. R. Propterea.

Antif. Inventa bona Margarita dedit omnia sua, & comparavit eam.

Canticum de Com. Virg.

O baudite me divini fructus. R. Adjuvabit eam Deus vultu suo. R. Deus in medio ejus non commovebitur.

LECTIO S. EVANGELII, Secundum Matthæum.

LECTIO IX.

Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc. Simile est Regnum Cœlorum de

decem Virginibus. *De Communi Virginum.*

R. Tempa struunt, vigilant, jejunant, jugiter orant, carnis membra domant, Christoque placere laborant.

V. Hæc nempe Mundi gaudia, & blandimenta noxia caduca ritè deputant, Christoque placere laborant.

V. Dolebat Pater lugens nimium conjux, cepit nullum hic consilium. Natas grave tenet exilium, quis super iis dabit auxilium. *V.* Fuerunt illi lachrimæ suæ penes die, ac nocte. Natas grave tenet exilium, quis super iis dabit auxilium.

V. Urbs Cumana gratuletur hymnis, tota jucundetur hodie clementius. Quam thesauro tam præclaro sublimavit Dominus. *V.* Gaudeat terra nostra tantis irradiata fulgoribus, & tantarum Virginum splendore lustrata totius sæculi se sentiat amisisse caliginem. *R.* Quam.

V. Regnum Mundi, & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi. Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. *V.* Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. *R.* Quem *V.* Gloria *R.* Quem.

Canticum Te Deum.

Evangelium ut supra.

O R E M U S.

Beararum Virginum LIBERATÆ,
& FAUSTINÆ natalitia veneran-
da Domine quæsumus Ecclesia tua devo-
te suscipiat, & fiat magnæ glorificationis
amore devotior, & tantæ fidei proficiat
exemplo. Per Dominum.

A D T E R T I A M.

Antiph. Quam felix Germanitas.

Capit. Fratres, qui gloriatur.

V. Diffusa est gratia.

R. Propterea.

A D S E X T A M.

Antiph. Benedicat terra.

Capit. Utinam sustineretis modicum quid
insipientiæ meæ, sed & supportate me.

V. Specie tua. *R.* Intende.

AD

A D N O N A M

Antiph. Virginum corporibus.

Capit. Æmulor enim vos Dei æmulatione.
Despondi enim vos uni viro Virginem
castam exhibere Christo

¶ Adjuvabit eam.

℞. Deus in medio

A D V E S P E R A S.

Antiphona cum reliquis.

Felix Virginitas. *Psalmus.* Dixit Domi-
nus. Laudate pueri. Lætatus Nisi Do-
minus. *Capit.* Fratres qui gloriatur.

℞. Regnum Mundi. ¶ Eructavit.

H Y M N U S.

Ad Matutinum. Ad Laudes. Ad Vesperas.

Filiæ Tyri Deo dedicatæ
Sponso FAUSTINÆ atque LIBE-
RATÆ

Celebri sub ista solemnitate

Pangite laudes

Hodie namque regi offeruntur,

In quo sponsali stola induuntur,

Talamo celesti sic imponuntur

Regem amplexæ.

Species quarum ipse concupivit,

Genas pudicas Sanguine munivit,

Cor.

Corpori suo corpus munivit
Casto amore.

Christi secutæ gloriosa dicta
Nobiltate, moribus, & vita
Opibus spretis, patria relicta
Cum asseruntur.

Ibi divinis laudibus vacantes
Templo fundato Deum venerantes,
Vitam presentem finiunt orantes
Pace sepultæ.

Virginum ergo meritis istarum
Christe salutem confer animarum,
Scandere possint ut in preclarum
Ætheris regnum.

Gloria Deo sit eterno Patri
Filio quoque sibi sempiterno,
Flamini Sancto, simul utrisque
Omne per ævum.

℣. Orate pro nobis Beatæ LIBERATA, & FAUSTINA.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus
Christi.

Antifona ad Benedictus, & ad Magnificat.

Sanctæ Virgines LIBERATA, & FAUSTINA, divinis laudibus vacantes vigilijs, eleemosinis, & orationibus instantes etate integra dies suos bonos feliciter compleverunt.

O R E M U S.

Beatarum Virginum &c.



